

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

PRIMVS

sapientia testatur. Eius est ea sententiola: sponsioni non deesse iacturam: Brevis quoq; epistola ipsius fertur huiusmodi.

Chilo periandro salutem.

IVbes uti militia uacem: extorrisq; agam: quasi tu in tuto futurus sis: atqui ego monarchæ uiro nec sua tuta esse puto: felicemq; eum tyrannum censeo:cui in sua domo absq; sanguine contigerit mori.
pittacus mitylenæus.

Pittacus mitylenæus hyrradio patre quē Thraca fuisse Duris auctor ē: hic una cum Alcæi fratribus Melanchrum lesbi tyrannum profligauit: Et cum de agri Achillitidis possessione inter Athenienses & mitylenæ os armis decerneretur: Imperator ipse exercitus cum phrinone atheniensiu duce qui & pancratiaestes & olympionices fuerat singulari certamine pugnare insti tuit. Ræte igitur clypeo tegens phrynonem eo dum non cauet iuoluit: ipsoque perempto agrum seruauit. postmodum uero athenienses disceptasse cum mity lenæis de possessione agri: ipsumq; a periandro controuersiæ iudice atheniensibus adiudicatum tradit Apollodorus in Chronicis: tunc igit' pittacum in sum mo honore mitylenenses habuere: eiq; principatum tradiderunt: quem ille cū decem annis tenuisset & remp. præclaris ordinibus constituisset: seipsum spōte magistratu abdicauit. Decem inde alios superuixit annos: agrumq; fibi a mytile næis traditum sacrauit: qui nunc pittacus dicit'. porro socrates partem ipsius abscidisse: dimidiumq; plus toto dixisse testatur. Sed & Croeso pecunias ad se mittente suscipere noluit: duplo plura q; uellet se habere contestans. Defuncto enim fratre sine liberis hereditatem ad se ptinere. pamphila autem in secundo commentario tyrrhæum refert ipsius filium cū federet in tonstrina cumis: inie cta securi ab ærario fuisse necatum. A cumanis uero uictum homicidam ad pit tacum missum: atq; ab eo poena fuisse absolutū dicente cum rem cognouisset i dulgentiam penitentia esse præferendam. Heraclitus autem Alcæum afferit ha buisse captiuum: liberumq; dimisisse: ueniamq; suppicio meliorem dixisse. ebri os cum peccarent dupli incommodo afficiendos p leges statuit ut cauerent temulentiam: abundat quippe uino insula. Feruntur eius istæ sententiæ. perdiffi cile est bonū esse: cuius uersiculi & simonides meminit. plato item in ptagona: necessitati nec deos reluctari: principatum uiros declarare: interrogatus aliquan do quid esset optimum: quod impræsentiarum inquit occurrit bene agere. A croeso item rogatus quodnam esset maximum imperium: ligni inquit uarii le gem scilicet signans. Dicebat autem & uictorias sine sanguine acquiri: phocaico item dicenti quæredum esse studiosum ac frugi uirum: etiā si ualde inquit quæ sieris non inuenies. percuntantibus quidnam esset gratificum: tempus ait: quid obscurum: futuroq; euentus inquit: quid fidele: terra: quid contra ifidum: mare inquit. Dicebat prudentiū uiroq; esse: prius q; aduersa cōtingant: uidere ne ue niant: for um uero cū illa contigerint: æquo animo ferre. Quod inquit facere